



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Romanvs Et Barvla MM. 18. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

564 VITÆ S A N C T O R U M . 18. Nov.

Suo depinxit. Sub noctem V I R G I N I sacrâ, adem
hujus frequentari ab Angelis cum multo lumine
vidit, & portâ sponte suâ referatâ ipse etiam ad-
missus est. Tam charus cælo, castigatus scilicet
ab hoc non semel est. Etenim somnum dormien-
tis in natalitiâ Christi nocte Angelus alapâ dis-
cussit. Tam non possunt ferre Superi Episcopum
dormientem. Nam simul ac lapsus est in nescio
quam gloriola vanæ cogitationem, equus etiam
ipse lapsus sub GREGORIO reprehendit GREGO-
RIVM. Itaque imposterum miracula, quæ plurima
patrabat, non sibi sed Divorum lipsanis, quæ fere-
bat, adscripsit. Congressus Romæ cum Gregorio
Pontif. cum hic viri staturam (multum animo mi-
nor erat) tacite miraretur, non nescius arcanaum
cogitationum noster, Dominus, dixit, fecit nos; non
ipsi nos. Itaque maximi deinceps GREGORIVM ipse
etiam magnus Gregorius fecit. Ex Surio.

Tres virutes sunt, quæ pueris adolescentibus ma-
gis congruent, Veracundia, Taciturnitas & Obedien-
tia. Non est autem dubium, si has studuerint habe-
re, quin possint, Christo duce, ad culmen perfectio-
nemq; virutum ascendere. S. Bern. l. de Ord. vite.

S. S. R O M A N V S E T B A R V L A M M .
18. Novembri.

P Arabat anno Servatoris ccc i. Asclepiades
Procos. excindere templum Christianorum
Antiochiae. Huic nimirum ROMANVS sese oppo-
suit, & dictis suis animos sociis unicus addidit.
Nunc demum pugnandum pro Aris cogitarent Hostem
utique esse Asclepiadem patrie qui huic DEVM erep-
ter. Pulchrum fore, ut aras defendenter, cadere ad
aras litasuros. In quacumque demum partem cle-
caderet

Nov. 18. Nov. VITÆ SANCTORVM. 369.

caderet pugne, vicitores Christianos fuisse. Captus igitur velut sedicetus R. O. A. vs, & ex equiteo suspensus, cum plumbatis, cederetur, ferreum sc̄ præbuit. Quia cause optimæ fidens, ausus est ad teneræ etatis testimonium provocare. Audiret vel ex hac judex, Deumne unum an dæmones tot colere præstaret? Et ecce evocatus BARVLA infans penè non minus fortiter quam facundè pro Deo & ROMANO dixit, dictaque sua flagris & ipse concisus sanguine firmavit. Sic enim verò peroranti filiolo acclamavit è turbâ mater fortissima, quin inter tormenta sitibundum objurgavit etiam, quod aquam rogaret, quando Superis sanguinem ipsius litirent. Inde ad supplicii locum & dux & bajula filii caput abscissum & sanguinem, dulci urnâ, siccū exceptit. At ROMANVM ad ignes damnatum patrocinante cælo imber absolvit. Quin lingua orbatus innocentiam suam tamen prius loqui non desit, quam strangulatis faucibus vox intercepta est. Sed & hujus Echo cum plausu cælo excepta. Ex Prud. & Chrysost.

Quid illi grave videri poterit, qui semper mente tractat quam non sint condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam? quid concupiscere poterit in seculo nequam, cuius oculus semper videt bona Domini in terra viventium? S. Bern. serm. 4. de Ascens.

S. ODO ABBA S. 18. Novembris.

O fficio suo fungi patres à patre ODONIS discant. Unicum & vix natum filiolum à cunis inter brachia in cælum sustulit. Divoque Martino & sacris devovit. Dixisse assensum infantem, ita non tam lac maternum, quam erga Martinum amorem suxit, qui scilicet cum puer deinde crevit,